

Año 10.<sup>o</sup>

Sábado 24 de Enero de 1863.

Núm. 2.<sup>o</sup>



## BOLETIN ECLESIÁSTICO

DEL

# OBISPADO DE SALAMANCA.

Esta publicación oficial, que solo se hace para las Iglesias y Párrocos de la Diócesis, saldrá dos veces al mes en los días que el Prelado dispusiere. Las reclamaciones se dirigirán á la Secretaría de Cámara del Obispado.

## SECRETARÍA DE CÁMARA DEL OBISPADO.

S. S. I. el Obispo mi Señor ha determinado celebrar, Dios mediante, Órdenes generales en los días 28 de Febrero, 2.<sup>a</sup> semana de Cuaresma, y 21 de Marzo, 5.<sup>a</sup> semana de la misma. En su virtud los aspirantes presentarán en la Secretaría de mi cargo la correspondiente solicitud acompañada de los documentos necesarios, al tenor de lo prescrito en la instrucción que se halla de manifiesto en ella; previniéndose que el exámen de suficiencia se verificará en el juéves 5 de Febrero y el mártes 3 Marzo respectivamente, después de los cuales no se admitirá instancia alguna. Salamanca 19 de Enero de 1863.  
—*Lic. Manuel Quiroga, Srio.*

IN FESTO

PURISSIMI CORDIS B. MARIE V.

DUPLEX MAJUS

OFFICIO ET MISSA APPROBAT. A. S. R. C.

Die 21. julii 1855.

AD VESPERAS.

*Antiph. et Cap. de Laudibus. Psalmi ut in Officio Parvo. Hymnus. = Ave Maris Stella.*

v. Exulta in omni corde, filia Jerusalem:

r. Rex Israel Dominus in medio tui.

*Ad Magnif. Ant. Exultavit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo, quia laetata sum in salutari tuo.*

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Corde Beatae Mariae Virginis dignum Spiritus Sancti habitaculum praeparasti, concede propitius, ut ejusdem Purissimi Cordis festivitatem devota mente recolentes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

*Invitat. Ave Maria gratia plena \*Dominus tecum.*

*Psalmus.* Venite exultemus Domino.

*Hymnus.* Quem terra, pontus, sidera etc.

IN I. NOCTURNO.

*Ant.* Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

*Psalmi ut in Officio parvo B. Mariae.*

*Ant.* Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salutare meo.

*Ant.* Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

*R.* Anima mea liquefacta est:

*R.* Ut locutus est dilectus.

De Canticis Canticorum.

*Lectio I. Cap. 4.*

Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genae tuae, absque eo quod intrinsecus latet. Sicut turris David collum tuum, quae aedificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Vulnerasti cor meum, Soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, in uno crine colli tui. Favus distillans labia tua Sponsa, mel et lac sub lingua tua. Hortus conclusus, fons signatus. Tu autem.

*R.* Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in

veritate tua : laetetur cor meum \* Ut timeat nomen tuum.

¶. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut si-  
gnaculum super brachium tuum. Ut timeat.

*Lectio II. Cap. 5.*

Veni in hortum meum Soror mea Sponsa : messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi favum cum melle meo. Vox dilecti mei pulsantis aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, et cincinni mei guttis noctium. Surrexi ut aperirem dilecto meo, manus meae stillaverunt myrrham, et digitii mei pleni myrrha probatissima. Aperui dilecto meo, at ille declinaverat atque transierat. Anima mea liquefacta est, ut locutus est. Tu autem.

¶. In Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo: Deus Dominus fortitudo mea \* Super excelsa deducet me.

¶. Laeva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Super.

*Lectio III. Cap. 5 et 6.*

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierem : qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adju-  
rasti nos? Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus, totus desiderabilis. Talis est dilectus meus,  
et ipse est amicus meus, filiae Jerusalem. Quò abiit di-  
lectus tuus o pulcherrima mulierum? Quò declinavit di-  
lectus tuus? et quaeremus eum tecum. Pulchra es amica  
mea, suavis et decora sicut Jerusalem, terribilis ut cas-

trorum acies ordinata: Una est columba mea, perfecta  
mea, una est matris suae, electa genitrici suae. Vide-  
rum eam filiae, et beatissimam praedicaverunt, et Regi-  
nae laudaverunt eam. Tu autem.

R. Inveni gratiam apud oculos tuos, Domine mi.  
Qui consolatus es me, et locutus es ad cor ancillae tuae.

¶. In toto corde meo exquisivi te, ne repellas me à  
mandatis tuis. Qui consolatus. Gloria Patri. Qui conso-  
latus.

### IN II. NOCTURNO.

Ant. Beata, quae credisisti, quoniam perficiuntur ea,  
quae dicta sunt tibi a Domino.

Ant. Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum no-  
men ejus.

Ant. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit super-  
bos mente cordis sui.

¶. Fortis est ut mors dilectio.

R. Dura sicut infernus aemulatio.

Sermo Sancti Bernardini Senensis.

*Ex serm. 9. de Visitatione.*

### Lectio IV.

Quis mortalium, nisi divino fretus oraculo, de ver-  
Dei et hominis Genitrice quidquam modicum, sive grane  
de praesumat pollutis labiis nominare: quam Pater ante  
saecula Deus perpetuam praedestinavit in Virginem dig-  
nissimam: Filius elegit in Matrem: Spiritus Sanctus

omnis gratiae domicilium praeparavit? Quibus verbis ego homunculus sensus altissimos Virginei Cordis, sanctissimo ore prolatos efferam; quibus non sufficit lingua omnium hominum, et etiam angelorum? Dominus enim ait: bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Quis autem inter puros homines melior homo potest excogitari, quam illa, quae meruit effici Mater Dei, quae in Corde et in utero suo ipsum Deum hospitata est? Quis thesaurus melior, quam ipse divinus amor, quo Cor Virginis ardens erat? Tu autem.

R. Ego diligentes me diligo, et qui mane vigilant ad me, invenient me. Mecum sunt divitiae et gloria: Opes superbae et justitia.

¶. Ut ditem diligentes me et thesauros eorum repleam. Opes.

*Lectio V.*

De hoc igitur Corde quasi fornace divini ardoris Virgo Beata protulit verba bona, id est verba ardentissimae charitatis. Sicut enim à vase optimo vino pleno non potest exire nisi optimum vinum: aut sicut à fornace summi ardoris non egreditur nisi incendium servens; sic de Corde Matris Christe exire non potuit verbum, nisi summi, summeque divini amoris atque ardoris. Septem verba tantum mirae sententiae et virtutis a Christi benedictissima Matre leguntur dicta. Cum angelo bis tantum locuta est. Cum Elisabeth, bis etiam. Cum Filio etiam bis. Cum ministris in nuptiis semel. Haec septem verba, secundum septem amoris actus, sub miro gradu et ordine

prolata, quasi sunt septem flammæ Cordis ejus. Tu autem.

R. Ego Mater pulchrae dilectionis, et timoris, et agnitionis et sanctæ spei. In me gratia omnis viae et veritatis. \*In me omnis spes vitae et virtutis.

¶. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et à generationibus meis implemini. In me omnis spes.

*Lectio VI.*

Quae verba considerans mens devota, cum ipso Prophetæ ait: Quan dulcia fáucibus meis, id est omnibus affectionibus eloquia tua! Porro dulcedo haec, quam in verbis Beatae Virginis devota mens sentit, est ardor piae devotionis, quam in eis anima experimentaliter probat. Distinguamus igitur per ordinem has septem flamas amoris, verborum Virginis benedictæ. Prima est flamma amoris separantis. Secunda amoris transformantis, Tertia amoris communicantis. Quarta amoris jubilantis. Quinta amoris soporantis. Sexta amoris compatientis. Septima amoris consummantis. Tu autem.

R. Beatus homo, qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie et observat ad postes ostii mei. \*Qui me invenerit inveniet vitam, et hauriet salutem à Domino.

¶. Qui autem in me peccaverit, laedet animam suam: Omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Qui me.

Gloria Patri. Qui me.

IN III. NOCTURNO.

*Ant.* Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?

*Ant.* Misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum.

*Ant.* Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae.

*V.* Ego dilecto meo.

*R.* Et ad me conversio ejus.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio VII. Cap. 2.*

In illo tempore dixit Mater Jesu ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. Et reliqua.

De Homilia Ven. Bedae Presbyteri.

*In Homil. Hyem. De Temp. Dom. I. post Epiph.*

Mater ejus, inquit Evangelista, conservabat omnia verba haec in Corde suo. Omnia quae de Domino vel à Domino dicta, sive acta cognoverat Mater Virgo, diligenter in Corde retinebat, solicitè cuncta memoriae commendabat, ut cum demum tempus praedicandae, sive scribendae Incarnationis ejus adveniret, sufficienter universa, prout essent gesta, posset explicare quaerentibus. Imitemur et nos, Fratres meii piam Domini Matrem, ipsi

quoque omnia verba et facta Domini ac Salvatoris nostri fixa in corde conservando. Tu autem.

R. Aquae multae non potuerunt extinguere charitatem : \*Neque flumina obruent eam.

¶. Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Neque.

*Lectio VIII.*

Horum Domini verborum et actorum meditatione diurna et nocturna importunos inanum nocentiumque cogitationum repellamus incursus horum crebra collatione et nos et proximos nostros a fabulis supervacuis, et male dulcoratis detractionum colloquiis castigare, atque ad divinae frequentiam laudis accendere curemus. \*Si enim, fratres carissimi, in futuri beatitudine saeculi habitare in domo Domini, ac perpetuo illum laudare desideramus, oportet nimirum et in hoc saeculo, quod in futuro quaeramus, sollicite praemonstremus : frequentando videlicet Ecclesiae limina, et non solum in ea laudes Domini canendo, sed et in omni loco dominationis ejus ea, quae ad laudem gloriamque conditoris nostri proficiant, verbis pariter ac factis ostendendo. Tu autem.

R. Spiritus meus super mel dulcis, et haereditas mea super mel et favum. Qui audit me non confundetur.

\*Et qui operantur in me non peccabunt.

¶. Qui elucidant me vitam aeternam habebunt. Et qui.

Gloria Patri. Et qui.

*Lectio IX.*

*De Homilia Dominicae occurrentis, sed si extra Domini-*

cam agi de hoc *Festo* contingat, tunc *Lectio IX* incipiet  
ab asterisco posito supra *Lectione VIII.*

Te Deum laudamus.

### **AD LAUDES ET PER HORAS.**

*Ant.* Trahe me, post te curremus in odorem unguen-  
torum tuorum.

*Psalmus.* Dominus regnavit—*cum reliquis de Do-*  
*minica.*

*Ant.* Dilectus meus loquitur mihi: surge, propera, ami-  
ca mea.

*Ant.* Fulcite me floribus, stipati me malis: quia amo-  
re langueo.

*Ant.* Adjuro vos, filiae Jerusalem, ne suscitetis dilec-  
tam quoadusque ipsa velit.

*Ant.* Ego dormio, et cor meum vigilat.

### *Capitulum. Cant. C. 8.*

Pone me ut signaculum super Cor tuum, ut signacu-  
lum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio,  
dura sicut infernus aemulatio. Lampades ejus lampades  
ignis, atque flammarum.

### **HYMNUS.**

O gloriosa Virginum....

*¶.* Qui me invenerit inveniet vitam.

*R.* Et hauriet salutem à Domino.

*Ad Benedictus. Ant.* Extollens vocem quaedam mulier de turba dixit illi : beatus venter qui te portavit et ubera quae suxisti.

**ORATIO.**

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Corde Beatae Mariae Virginis dignum Spiritus Sancti habitaculum praeparasti, concede propitius ut ejusdem purissimi Cordis festivitatem devota mente recolentes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum.

**AD PRIMAM.**

- R). *Breve.* Christi Fili Dei vivi.  
ŷ. Qui natus es de Maria Virgine. *Ad Absolutionem Capituli lectio brevis.* In omni terra, *ut infra ad Nonam.*

**AD TERTIAM.**

- Ant.* Dilectus meus.  
*Cap.* Pone me ut signaculum.  
R). *br.* Anima mea \*Liquefacta est. Anima.  
ŷ. Ut locutus est dilectus. Liquefacta est.  
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Anima mea.  
ŷ. Fortis est ut mors dilectio:  
R). Dura sicut infernus aemulatio.

**AD SEXTAM.**

*Ant.* Fulcite.

*Cap. Eccli. 24.*

Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem

creaturam, ego feci in coelis, ut oriretur lumen indefisiens, et sicut nebula texi omnem terram.

R. br. Fortis est \* Ut mors dilectio. Fortis.

ŷ. Dura sicut infernus aemulatio. Ut mors.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Fortis est.

R. Ego dilecto meo.

ŷ. Et ad me conversio ejus.

### **AD NONAM.**

*Ant.* Ego dormio.

*Cap. Eccl. 24.*

In omni terra steti, et in omni populo, et in omnibus requiem quaeſivi, et in haereditate Domini morabor.

R. br. Ego \* Dilecto meo. Ego.

ŷ. Et ad me conversio ejus. Dilecto meo.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Ego dilecto meo.

ŷ. Qui me invenerit inveniet vitam.

R. Et hauriet salutem á Domino.

### **IN SECUNDIS VESPERIS.**

*Omnia ut in primis.*

ŷ. Viam mandatorum tuorum cucurri.

R. Cum dilatasti Cor meum.

*Ad Magnificat. Antif.* Exultavit. Cor meum in Deo salutari meo: quia fecit mihi magna qui potens est.

---

## MINISTERIO DE LA GUERRA.

### Número 41.—Circular.

Excmo. Sr.: El Sr. Ministro de la Guerra dice con esta fecha al Patriarca Vicario general castrense lo que sigue:

«La Reina (q. D. g.), enterada por el escrito de V. E. de 3 del actual, de los inconvenientes que se ofrecen para poner en ejecucion el Arancel circulado en 18 de Julio último de los derechos que se han de devengar en los Tribunales de las Subdelegaciones castrenses del reino por los expedientes matrimoniales que sean de su competencia, se ha servido resolver quede nulo el citado Arancel, y que en su lugar rija el que V. E. remitió á este Ministerio en 3 del actual para la aprobacion de S. M. reformado convenientemente, cuyo ejemplar es adjunto.»

De Real órden, comunicada por dicho Sr. Ministro, lo traslado á V. E., con inclusion de un egemplar del Arancel que se cita, para su conocimiento y efectos correspondientes. Dios guarde á V. E. muchos años. Madrid 9 de Diciembre de 1862.—El Subsecretario, *Francisco de Uztariz.*—Señor....

*Arancel de los derechos que se devengarán en los Tribunales de las subdelegaciones castrenses del reino por los expedientes matrimoniales que son de su competencia, formado por el M. R. Patriarca de las Indias, Vi-*

cario general de los ejércitos y armada, aprobado por S. M. la Reina (q. D. g.) en Real orden de esta fecha.

Clases.		Espe- diente matr- rimonial.	Dispen- sa de amones- tuciones
			Rs. vn.
1. <sup>a</sup>	Todos los altos funcionarios del Estado que gozan por cualquier concepto fuera de Guerra ó Marina, y disfrutan un sueldo de 100 á 120,000 rs. y sus hijos ó hijas no emancipados, devengarán por derechos de su expediente matrimonial. . . . .	600	400
2. <sup>a</sup>	Los demás altos funcionarios del Estado de igual fuero, que disfruten de 80 á 100,000 rs. . . . .	500	350
3. <sup>a</sup>	Los funcionarios y empleados del mismo que disfruten de 50 á 80,000 rs. . .	400	300
4. <sup>a</sup>	Los que disfruten de 30 á 50,000. . . .	300	260
5. <sup>a</sup>	Los que gocen de 20 á 30,000. . . . .	200	220
6. <sup>a</sup>	Los que gocen de 15 á 20,000. . . . .	150	180
7. <sup>a</sup>	Los que gocen de 10 á 15,000. . . . .	100	160
8. <sup>a</sup>	Los que gocen de 5 á 10,000. . . . .	80	120
9. <sup>i</sup>	Los que disfruten de 2 á 5,000. . . . .	60	100
10	Los que disfrutén de 0 á 2,000. . . . .	30	80

#### DERECHOS VOLUNTARIOS.

Por constituirse el Tribunal en casa de los contrayentes á esplorar su voluntad, en cualquiera de las clases, se devengarán 400 rs.

NOTAS.—1.<sup>a</sup> Cada persona de las dos que practicaren diligencias matrimoniales satisfará los derechos que corresponden á su clase.

2.<sup>a</sup> La dispensa de amonestaciones ó proclamas no se concederá sin justa causa probada, conforme á lo terminantemente mandado en el Santo Concilio de Trento, sin que la elevada clase de las personas pueda por sí sola estimarse por suficiente.

3.<sup>a</sup> Para la exaccion de los derechos en los demás asuntos judiciales se atendrán las Subdelegaciones castrenses á los Aranceles modificados con arreglo al Real decreto y resoluciones de S. M. de 22 de Mayo de 1846 que rige para todos los Tribunales del reino.

4.<sup>a</sup> Los recibos que deben expedir los Notarios mayores sin escusa ni pretesto alguno á todos los interesados que satisfagan derechos del Tribunal serán impresos, y llevarán el sello de la Subdelegacion que ha de estampar el Subdelegado mismo, á cuyo fin lo conservará en su poder bajo su mas estrecha responsabilidad.

Madrid 9 de Diciembre de 1862.

(*Gaceta de 29 de Diciembre último.*)

---

#### CONFERENCIA MORAL PARA EL 12 DE FEBRERO.

---

Quid est Theologia Moralis, et quodnam illius objec-  
tum?—Quotuplicis generis est actus humanus proprie dic-  
tus?—Quot sunt consideranda in omni actu humano, quæ  
principiorum illius rationem habeant, et quomodo ex his  
principiis totius Theologiæ Moralis divisio oriatur?

*Dr. Josephus de la Cuesta.*

---

## CRÓNICA DE LA DIÓCESIS.

El dia 15 de Enero falleció D. Francisco Villacian, Presbítero, Beneficiado de la Parroquia de Santo Tomás Apóstol de esta Ciudad; no pertenecía á la Hermandad de sufragios mútuos. Roguemos á Dios por su eterno descanso.

En 1.<sup>º</sup> de Enero fué nombrado por S. S. I. Coadjutor de Arapiles D. Pedro María Lopez, Presbítero.

En id. fué nombrado Sacristan del Convento de Santa María de las Dueñas de Salamanca D. Luis García Avila, alumno de Teología del Seminario Conciliar; y del Convento de Santa Clara de la misma D. Bernabé Gonzalez, alumno de Teología del propio Seminario.

Tambien ha sido nombrado por S. M. Beneficiado de esta Santa Iglesia Catedral D. José Antonio Gabaldá y Donaden.

---

### AVISO.

---

Hallándose ya impreso el Indice del tomo 9.<sup>º</sup> del Boletín de la Diócesis, los Sres. Párrocos se servirán mandarlo á encuadrinar á la imprenta de Oliva, donde se unirá al mismo el Estado del personal del Clero diocesano en fin de 1862, que aun no haya sido remitido.

---

IMPRENTA DE D. TELESFORO OLIVA.